

ergo precibus assiduis eum, qui disponit or-
bem terræ in æquitate, faciens universa se-
cundum consilium voluntatis suæ, quoniam
de ipso Psalmista veraciter: *Omnia quæcunq;
voluit fecit in cælo & in terra, in mari & in
omnibus abyssis*, ut milites suos sub habitu
militiae sæcularis latentes, promovere dig-
netur ad maximas dignitates, regens eos in-
tus, & regendis aliis scientiam tribuens.
*Vox eo ut quos dedit, diu florentes & in-
columnes nobis conservet, & ut supra cognata
utramq; familiā Danicam & Holsaticam
augustissimam, Spiritus timoris Domini, pie-
tatis, scientia, fortitudinis, consilii, intelle-
ctus, sapientie, perpetuo requiescat.* Vale mi
Reverende & eruditissime Culemanne, meq;
& mea studia Ecclesiae & literis solide devo-
ta, in meditationibus & soliloquiis tuis sacris
sedulò Deo T. O. M. Commenda. Dabam
volante calamo XVI. Julij, Anno Christi
M. DC. XXVI. PHILADELPHIÆ.

A 4

Roma